

Terms and Conditions

The Library provides access to digitized documents strictly for noncommercial educational, research and private purposes and makes no warranty with regard to their use for other purposes. Some of our collections are protected by copyright. Publication and/or broadcast in any form (including electronic) requires prior written permission from the Library.

Each copy of any part of this document must contain there Terms and Conditions. With the usage of the library's online system to access or download a digitized document you accept there Terms and Conditions.

Reproductions of material on the web site may not be made for or donated to other repositories, nor may be further reproduced without written permission from the Library

For reproduction requests and permissions, please contact us. If citing materials, please give proper attribution of the source.

Imprint:

Director: Mag. Renate Plöchl

Deputy director: Mag. Julian Sagmeister

Owner of medium: Oberösterreichische Landesbibliothek

Publisher: Oberösterreichische Landesbibliothek, 4021 Linz, Schillerplatz 2

Contact:

Email: [landesbibliothek\(at\)ooe.gv.at](mailto:landesbibliothek(at)ooe.gv.at)

Telephone: +43(732) 7720-53100

DE TIMORE DEI

In lib. Visita.

altero seculo sentient, q̄ vere dixerim, fidē absq; cōtritiōe cordis ac timore Dei nihil p̄desse, nec veram sed peccata esse eiusmodi fidē. *puta*

COCLAEVS,

Math. 18

Quorū hęc de fide & timore dei tam diuersa & cōtraria vni⁹ hoīs in volucra: Huc certe Illust. Pr. vt ex ijs vel sero intelligas, quāto satius ac tutus sit, audire (iuxta doctrinam Christi) Ecclesiā in fide ac timore dei stabilē, q̄ frustra, immo perniciose eū tam diu & audire & sequi blaſphemonē, qui p̄pter hereses plurimas ab Ecclesia damnatus, & ab Apostolico Pastore Satanæ traditus, ac p̄inde in reprobū sensum datus, atq; a deo sic derelictus est, vt amplius neq; sibi ipsi, neq; cōiuratis socijs suis cōsentire queat: nō intelligēs (vt ait Ap̄tus) aut saltē nō cōsiderans neq; quē loquit̄, aut scribit, neq; de quibus affirmat. Quāto quæso honestius p̄ damnata habuisses sentētia sextā p̄positionē in Bulla Ap̄lica designatā ante annos plus minus octo, q̄ per tot interim & rerum & animarū totiusq; Reip. & Germanicæ nationis damna tādiu expectare, donec nebulo ipse, tua Visitatorūq; tuorū autoritate perterritus, ea p̄positionē iam tandē reuocata, per cōtrariam sentētiā in cōpositos populū mores effrenāq; licentiā & in deuotionē, ad pristinū cōtritiōis ac timoris Dei statū nouo libro reducere conef.

1. Timo. 1

DE BONIS OPERIBVS CAPVT VIII.

In lib. Visitatio.

VISI. Tertius Articulus Christianę vitę est, bona opera facere, vt est seruare castitatem, diligere proximū, eum iuuare, nō mentiri, non fallere, nō furari, non occidere, non appetere vindiſtam, non propria vi vlcisci, Idcirco. X. Præcepta iterum diligenter prædicari debent, In eis enim omnia bona opera continentur. **ECCLE.** An & tu demum, sicut nostri excellenter docti Doctores, magistrare vis spiritum sanctum, vt dicas cū illis, Etiam bona opera pertinere ad fidem, & fidem non sufficere ad salutem. At hoc non est verum, Quia fides sola, per se ipsam, absq; omni opere, sicut diuinum verbū sonat, facit nos saluos, & opera nihil omnino ad iusticiam aut salutē iuuant. **DOCT.** Ego autē longe aliter prædicaui olim de pœnitētia, & falsam istam opinionem a me reieci, dicens, Omni studio debere nos de peccatis dolere, confiteri, ac bona opera facere, sed ita, vt fides Sacramenti maneat principale bonum, & hæreditas, p̄ quā Dei gratiā cōsequamur, ac deinde multa opera bona faciamus. **ECCLE.** At lux manifestum facit, q̄ oīa nōstra nihil *luna*

In 500. art. art. 42

In Ser. Recū. ben. 11. et cet.

In ser. de pœnitent.

In 500. art. art. 33. et 34.